



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 813. Usque Ad Annum 859

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117867

§. 31. S. Theodori Studitæ constantia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66103](#)

tore traditur custodiæ Joannis Lecono- Sæculum IX.
mantæ, qui eum diu fame aliisque tor- A. C. 817.
mentis vexavit. Tandem, in Arcem Boll. 27. Ap.
Criotaurm relegatus, in caliginosa spe-to. 2. p. 496.
cu usque ad Leonis fata custoditus est.

§. XXXI.

S. Theodori Studitæ constantia.

At S. Theodorus Studita non fuit revo-vit. n. 82.
catus. Statim initio exilii sui in Ar- II. ep. 9.
ce Metopensi apud cunctos, quibus ad
eum aditus patebat, suis sermonibus, &
datis litteris apud absentes veritatem
Catholicam defendit. Ex illis Epistolis
unam habemus datam ad Josephum,
germanum suum, Archiepiscopum, de
lapsu Abbatum, qui cum Iconoclastis
communicaverant. In ea primo nomi-
nat Josephum Oeconomum, qui olim
nuptias adulterinas Constantini Impera-
toris celebraverat; deinde Abbates alios
septem, a Josepho seductos, quos Mona-
steriorum suorum nomine designat. Scri-
psit quoque Naucratio Discipulo suo, se,
audito tristi nuncio, noctem insomnem
duxisse, seque minus mirari ignaviam
illorum, qui nuptias adulterinas appro-
barunt. *Hi autem, inquit, veritatis op-*
pressionem prudentem dispensationem ap-
pellarunt.

ep. 10.

Hæc viri libertas & scriptæ maxime vit. n. 83.
Epistolæ Imperatorem latere non pote-
rant.

G 2

rant.

B&culum IX. rant. Mittit igitur quemdam , arcano-
A. C. 817. rum suorum consciū, nomine Nice-
 tam, cum mandatis, ut Sanctum in Na-
 toliam Bonitam (id loco nomen erat) ab-
 duceret, & inclusum ita coiceret, ut
 neminem videre, neminem alloqui pos-
 set. Quæ Nicetas Theodoro cum de-
 tulisset, Locum, inquit, *mutabo baud gra-*
vate, nulli enim addictus sum, linguam
vero, ut ut suadeatis, inbibebo nunquam,
quippe amore veritatis banc sortem ma-
vit. n.84. *lam libere elegi.* Imperator, ubi iterum
 audivit, quam excelsa mens Theodoro
 esset, Nicetam secundo illuc profici-
 jubet, diras plagas illi inferre, & totam
 carnem vibicibus implere. Cum Nice-
 tas ad Sanctum pervenisset, ille e vesti-
 gio & alacriter tunicam exuit, corpus-
 que ad accipienda verbera composuit,
 dicens, hoc jam pridem optatum sibi &
 expectatum fuisse. At Nicetas, ut ve-
 nerandas illas carnes nudas vidi, quas
 jejunia ad summam maciem perduxe-
 rant, intimis sensibus indoluit, jussitque,
 ut honestatis causa solus cum solo relin-
 queretur. Tum ovis pellem recens de-
 tractam accipit, viri humeris imponit,
 & sic in ea disstringit verbera, quorum
 strepitus ad foris stantes perveniebant.
 Quin ut guttas etiam ex plagarum cruo-
 re profusas ostendere posset, sanguinem
 e brachio suo lanceolæ ictu elicuit, eo
 manan-

manante flagrum imbuit & foras pro- **Sæculum IX.**
gressus tinctum exhibuit. Ipse porro **A. C. 817.**
citato anhelitu fatigationem simulabat.

§. XXXII.

S. Theodorus Papæ scribit.

Igitur S. Abbas nec loqui nec dare Epi-vit. n. 86.
stolas, atque præter alios, ad Patriar-II. ep. 12.
chas, nempe primo ad Paschalem suo &
aliorum quatuor Abbatum, quorum pri-
mus est Joannes Catharenis, nomine
non cessavit. In hac Epistola dicit:
*Jam fere pleraque de persecutione, quam
patimur, ad Beatitudinem tuam supre-
mam delata fuerint; id tamen forte per
Epistolas accurate necdum factum. Ita-
que, Capite nostro comprehenso (scilicet
Nicephoro Patriarcha) & Fratribus no-
stris in diversa sparsis, nibilominus viam
invenimus nos in Spiritu conjungendi,
& tibi bæc confidenter scribimus. Au-
di, Apostolicum Caput, a Deo præposi-
te Pastor ovium JEsu Christi, qui acce-
pisti claves Regni Cælorum, Petra super
quam ædificata est Catbolica Ecclesia, (*)
tu enim es Petrus, quia Sedem ipsius im-*

G 3 ples.

(*) Talia P. Balduinus a Fleurio mala fide
omissa sine omni fundamento affirmat. Con-
tra Protestantes vero ex hoc testimonio iterum
probatur, quis sensus in Oriente de Episcopi
Romani Auctoritate & potestate fuerit.